



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ requirantur, vt Iudex iuramenti iniquè extorti relaxationem concedat.
punct. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

6. Debes tamen aduertere, non esse locum rescisionis contractus, nec relaxacioni Iuramenti ob enormem vel enormissimam lesionem in contractibus gratutis; sed solum in reciprocis, ubi interuenit, do ut des, facio ut facias. Quia donator clare intelligit, se lassum esse in tota illa quantitate, & levens vult, id beneficium in aliis conferre. Sic Menchaca lib. i. controvenerunt etiam frequentium cap. 13. numero 9. Molina lib. 2. de primogenio cap. 3. numero 30. Sanchez lib. 3. summ. cap. 21. num. 19. Et nos diximus super, disputat punct. 5.

7. Secundo aduerte aliquibus placere, non posse contrahentem rescindi nec relaxacionem Iuramenti obuiri, etiam ob enormissimam lesionem si Iuramento praetito fuerit generatus. Sic Decius con. 181. colum. penult. & fin. Coquarvicias de pactis 3. p. 4. num. 6. octau. conclusione, mouent ex Auhem, sicut à me, & ex leg. si mulier Cod. ad Senatus consultum Velleianum. Wbi quomodo mulier fideiubendo pro alio obligari non possit; qui ei competat exceptio Velleiani; si tamen in eadem causa binis obligauerit, tenet obligatio, & cellar exceptio. Sic videtur dicendum in supradictis contractibus iuriatis. Nam minor vel maior iurant contractum; etio minor competit exceptio lego 2. Codice de rescindenda venditione, ratione enormis lesionis, & maiori exceptio lesionis enormissime. Si tamen geminata obligacionem, cessabit exceptio, & Iuramenti relaxatio. Admitit hanc doctrinam Gutierrez in Authentica Sacra menta, num. 99. Eo calvo, quo secunda obligatio hat post biennium prime; scelus in eodem instrumento, vel intra biennium fieret. Quia Texius in Authentica, sicut à me, & in lego si mulier, non absolute loquuntur, sed quotes mulier post primam interrescisionem à se factam biennio elapsa fecerunt am intercessione pro eadem causa; vel dedidit pignus, vel intercessione. Quia ex intervallo temporis ius praeiunxit fideiunctionem mulieri vitium esse.

Caterum verius existimo de geminata obligacionem, etiam cum intercallo bienni, non priuati iurantem potestate prendi rescisionem contractus, & Iuramenti relaxationem illis in casibus, in quibus alias potes poterat. Quia nullibi caueratur talis effectus; & cum fraudibus faveat, non est absque claro fundamento alterendum, neque ex supradictis legibus. Sicut à me, & lego, si mulier. deinceps potest argumentum. Tum, quia illa decimo est specialis in illo calvo. Tam quia est diuersa ratio. Nam in contractu fideiunctionis mulieris, de se nulla est exceptio. Neque ob deceptiōnē concedit exceptio Velleiani; sed ob mulieris flagitatem, & imbecilitatem. At in legione enormi, & enormissima deceptio est, & defectus confundens; & ob eam causam rescissio contractus, & relaxatio Iuramenti conceditur. Ego quantumcum obligatio multiplicetur, non impedit hanc rescisionem & relaxacionem. Neque enim aqua erat, ob reperitam iniuriam priuati deceptio, iure sibi concessa reparandi deceptiōnem potius ob geminatam deceptiōnem cel. tuis relaxatio Iuramenti, & rescissio contractus concedenda erat. Sic defendit pluribus relatis Bungos de Paz, cons. 3. num. 22.

8. Tertio aduerte; non esse locum rescisionis contractus, nec relaxacioni Iuramenti ratione enormis, vel enormissimae lesionis, si deceptor veluti iustum estimacionem rei supplet. Quia runc nullus est dolus, ratione cuius debet contrafas rescindere. Sic Gregorius Lopez leg. 56. tit. 5. parita 5. fine, & leg. fin. tit. vii. part. Coquarvicias 3. parte de pactis 8. 4. num. 7. Sanchez lib. 3. summ. c. 21. n. 22.

9. Quartu aduerte cum Coquarvicia d. num. 7. & Sanchez num. 14. in Romana curia ex lito signatura non concedi relaxacionem Iuramenti, etiam ad effectum agendi, in Iuramento praetito in obligationibus conceptis in forma Camerae Apostolicae.

10. Quindecim aduerte: praetita absolutione Iuramenti ad effectum agendi, si plenario iudicio pronuntieret contractum esse validum manente Iuramenti obstrictum vinculo Iuramenti; ac si relaxatum non fuisse. Quia solum ad effectum agendi, hoc est, ad intentandum in rescisionem contractus, vel preicti supplementum sive data absolutio. Verum si in iudicio sumptuaria praetita absolutione ad effectum agendi, tandem plenario iudicio contractus iudicetur iniustus, & rescindendus; licet iuritus sit, per item absolutionem à vinculo Iuramenti absolutus; non tamen necessaria est. Quia primo absolucion ad effectum agendi hunc sensum habet, ut liberet agat contra illum contractum, si illius malitiam probaverit. Sic explesse Coquart lib. 1. variarum cap. 4. num. 6. Sanchez lib. 3. summ. cap. 21. num. 23.

11. Sed adhuc est gravis difficultas; an in illis casibus, in quibus ob lesionem enormem vel enormissimam potes agere ad rescisionem contractus vel preicti supplementum, indigas Iuramenti relaxacione? Videris non indigere; vel posse agere non obstante Iuramento. Quia ea de causa in illis casibus agere potes; quia non confersis Iuramentum ad illos causas extenderes; conteris enim iurato, te persecuturum in

contractu, dummodo Iesus graviter, aut grauissime non fueris. Ergo etiam si agas ablique relaxacione, Iuramentum non violabis. Et confirmo; ea de causa, minor, qui expressè iurant stare contra contractum, si ipsa non contraenire ratione minoris etatis, potest ablique relaxacione Iuramenti contraenire ob lesionem enormem, quia ob hanc causam non censetur iurasse, non contraenire. Sed idem presumitur de minore absolute iurante, & de maiore comparatione lesionis enormissimæ. Ergo in omnibus his casibus nulla est necessaria Iuramenti relaxatio: Et specialiter probatur in calvo enormissima lesionis, eo quod stante hac lesione est dolus & fraudis presumptio. Argumento Textus in leg. Lucius 5. emnes si, que in fraudem creditoris, sed tamen dolo nullum est Iuramentum, ut superiori disputatione diximus. Ego in illo calvo celsat Iuramenti obligatio. Sic tener Rolandus à Val e cons. 59. num. 27. lib. 1. & cons. 60. num. 68. lib. 4. & plurimi relati ab Arias, Pinelo, Coquart, & Gutierrez statim alegandis,

12. Contraria sententia, nempe in supradictis casibus opus est relaxacione Iuramenti, ut ad contractus rescisionem agere possit ex lesionis enormi, si minor sit, & ex lesionis enormissima si sit major, est communis, & in praxi recepta. Sic Arias Pinellus in repetitione legis secunda, Codice de rescindenda venditione 1. parte cap. 1. num. 8. Gutierrez. Authent. Sacramenta puberum, num. 96. Coquarvicias 3. parte 8. 4. num. 8. & 1. parte de Iuramento cap. 26. num. 6. Martinus lib. 5. receptionis tit. 11. leg. 1. Gioiosa 8. num. 5. 1. Antonius de Padua dicta leg. 2. num. 3. Sanchez lib. 3. summ. cap. 21. num. 18. & 28. Mouentur, quia iurans stare contraictui videtur iurasse, nunquam contraenire, dum Iuramentum relaxatum non fuerit.

13. Caterum supradictis sententiis facile conciliare possumus, si affirmemus primam in foro interno procedere; & secundam in foro externo. Nam cum in foro interno veritas spectetur, & praevaricationes celiunt, si iurans certus est se enormiter, vel enormissime lesionem esse, poterit ad rescisionem contractus vel pieti supplementum procedere non obstante Iuramento. Quia non censetur illi renunciare. At in foro externo cum praevaricationes ibi locum habeant, praecipue cum veritas inveniatur non est, nequaquam sic iurantes permitti possunt agere ad contractus rescisionem, qui Iuramentum ad effectum agendi relaxetur. Quia cum intentante contractus rescindere, non constat in illo foro de lesionis, & consequenter non constituit celiare Iuramenti obligacionem. Erat est concedenda rescantur iuratis minus impeditur actio ob peritii periculum.

P V N C T Y M V.

Quæ requirantur ut Iudex Iuramenti iniquè exercitū relaxacionem concedat,

S V M M A R I V M.

- 1 Requiritur causa cognitionis.
- 2 Qua cognitione dubia, an certa? media via proceditur.
- 3 Citanda est pars ad huius Iuramenti relaxacionem, quando aboluta concedatur.
- 4 Quando ad effectum agendi tantum, aliqui affirmant, verius est citationem non requiri.
- 5 Potes relaxatio Iuramenti per procuratorem peti, in modo ipso iurante, non potente concedi.

1. Primum ad relaxacionem concedendam requiritur in relaxante causa cognitionis. Hac enim relaxatio est quædam dispensatio iuris naturalis, & diuini tertio praedicatoris; non igit fieri potest ablique causa legitima cognitione. Sic omnes Doctores.

2. Solum est difficultas, quæ cognitione requiratur; an certa, an sufficiat dubia?

Eman. Sæ verbo Iuramentum num. 32. Affirmat, dubiam sufficiere pro relaxacione Iuramenti ad effectum agendi, ideo enim permititur contractus rescisionem intentare; quia dubium est, in tali contractu iniustitiam interuenire.

Innocentius vero & alij à Felino cap. 1. num. 17. de iure iurando censent cognitionem certam de iniustitia contractus requiri. Quia cum is, in cuius favorem Iuramentum praeservatum, ius habeat, ut sibi Iuramentum serueretur, non debet hoc iure priuati ablique manifesta iniustitia. Priuatur autem, quies relaxatur Iuramentum, etiam ad effectum agendi. Ergo id fieri non potest ablique cognitione certa de iniustitia.

Caterum media via procedendum est, ad relaxacionem Iuramenti, ac effectum agendi, requiri & sufficiere cognitionem probabilem de iniustitia contractus. Sic alij relatis Sanchez lib. 3. summ. cap. 21. num. 17. Et in primis requiri hanc

B 4 cognitionem;

De Relaxatione Iuramenti.

56

cognitionem, nec sufficere dubiam. Sic probo: Quia in causa dubia in favorem possidentis iudicandum est, praecepit cum ex hoc iudicio excludatur defictum. At post Iuramento in cuius gratiam factum est, possidet, ne contra illud iurans actionem intentet. Ergo ab hac possessione excludi non debet ob dubium de iniustitia. Præterea videtur iniquum in causa dubia præsumere iniustitiam, & iudicium ferre; ac si commissi est. Deinceps quolibet Iuramentum, eo ipso quod homini sit, relaxari non potest; solum ab regula generali excipiuntur Iuramenta inquit extorta, sed dato Iuramentum in gratiam hominis esse factum, est regula, quod relaxari non possit. Ergo ab hac regula ob dubium iniustitiae excepti non debet. Quid vero sufficit cognitio probabilis, ea mihi ratio persuadet. Quod si certa est et regula, Episcopus concedens relaxationem Iuramenti ad effectum agendi, simul declarat, contractum esse relinendum, ut propter clavis iniustum. Non ergo tur ad hanc relaxationem ei necessaria ea certa notitia. Reslat ergo, ut probabilis sufficiat, quæ per summariam informationem etiam unico teste deponente habetur.

3. Secundum requiri potest, ad hanc relaxationem concedendam citatio partis, cuius intercessus nomine illius, in cuius gratiam Iuramentum præsumitur est. Et quidem si relaxatio est concessa in integrum, ita ut in toto existimat Iuramenti obligacionem omnes Doctores censem, fieri non posse absque partis citatione. Quia concessa hæc relaxatione simul contractus relinquitur, & iurans liber ab obligatione declaratur. Quod fieri absque citatione partis, est sententiam ferre contra inaudita patrem; quod est absurdum.

4. Difficilas ergo est: an si relaxatio non in toto, sed solum ad effectum agendi, vel excipiendi concedatur, debeat necessariò pars citari? Afirmat Feinus cap. 1. à num. 23. de iure iurando. Viz in pract. 2. 10. preludio 2. num. 3. Didacus Petrus in leg. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamentis col. 814. vers. quarto 16. Ratio ea est quia citatio necessaria est, quoniam citatur de terius praedictio. c. 1. de causa possessionis & proprietatis. Clemens Pastorialis de re iud. & leg. unius quoqueff. de iud. iud. fed in hac relaxatione agitur de praedictio partis, cum molesteatur vocazione, & obligatione iustificandi contra eum. Ergo fieri non potest absque citatione.

Nihilominus verius est, citationem non requiri. Sic docuit pluribus relatis Couart. lib. 1. var. c. 4. num. 6. Gut. in Authent. Sacramenta pubrum num. 112. Sanch. lib. 3. in Decal. c. 21. num. 28. Ratio est: quia hanc relaxationem Prelatus concedere ex officio potest, ex solo, quod tumularie probatum fuerit, institutum in contractu intenueatur. Ut tenet plures Doctores in c. 1. de iure iurando. Sed in his, que Prelatus ex officio facere potest, queque plenam probationem non exigunt, citatio necessaria non est. Ergo. Item hæc citatio ad nullum efficitur illis est potest. Siquidem pars consentire non tenetur in relaxatione, in modo potius ipsa dissidente concurrit, ut iudicio examinetur contractus; & inventus iniustus relinquitur, si minus iurans tangamus calumniosus condemnetur, & expensis soluat, quas altera pars litigando & contractum defendendo fecit. Ex quo sit parum, aut nihil prædicari ei, in cuius gratiam iuratum est.

5. Terzis aliqui requirent, ut ipsi me iurans per propriam personam relaxationem Iuramenti peteat: eo quod est personale vinculum. Sed hoc nullo modo est concedendum; sed per procuratorem potest. Imo iurante absente, & ignoto Iuramenti relaxano conceleste superiore potest. Ex Tex-
to in leg. Labe ff de iure iurando, & ita alii relatis tradit Sanchez dicto cap. 21. num. 37.

P V N C T V M VI.

Quis superior remittere, aut relaxare potest Iuramenta homini praestita.

S V M M A R I V M.

1. Episcopus, capitulum sede vacante, & vicarius generalis, si iudex est contractus, potest relaxationem concedere.
2. Index Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, potest relaxationem concedere, si petatur pro foro extero, scilicet si pro conscientia foro.
3. Si relaxatio absolute concedatur, solum index, qui renuntiatur potest, eam valeret concedere.
4. Index secularis non potest propriam relaxationem concedere.
5. Quid sit probandum, ut iudic. x. Laicus compellat ad Iuramenti relaxationem, vel ipse Iuramentum remittat.

6. A quo superiori facienda est hac Iuramenti remissio.
7. Ad hanc abolitionem remissione debet Laicus index, permanentem citare, scilicet si remissione concedat ad effectum agendi.
8. Index Laicus interpretari Iuramentum potest.
9. Qualiter index Laicus cognoscere possit de nullitate relaxationis ab Ecclesiastico facta.

D E superiori Ecclesiastico, & seculari quæ potest, quæ sit, qui potestare habeat relaxandi, vel remittendi Iuramenti, quæ remitti vel relaxari possunt.

1. Si de superiori Ecclesiastico loquuntur, constat, Episcopum, & capitulum sede vacante id posse, & generaliter omnem habentem jurisdictionem quasi Episcopalem. Vide Vicarius Generalis Episcopi hæc Iuramente potest relaxare. Quia haber cognitionem causarum cap. 2. de officio vicarii 6. & cum ea et cognitio eius non possit ab illo que has relaxatio, poterit hanc relaxationem, ut quid accessionis expedite, ita Baldus c. 1. de iuris iurando iurio, & ibi Alexander de Neuo num. 29. Quis sequitur Sanch. lib. 3. sum cap. 2. num. 32. Limitat tamen & bene Sanchez vt intelligatur, vicarius generaliter posse, hanc relaxationem concedere, dummodo si iudex legitimus contractus iurati, & relaxatio petatur pro foro externo. Nam si solam pro conscientia foro petatur relaxatio, aut vicarius non sit index legitimus illius contractus; nequaquam poterit ex vi vicarii hanc relaxationem concedere. Quia hæc relaxatio est directa iuramenti dispensatio in generali vicariatus commissione potestas diffringendis non clauditur.

2. Dubium ramen est: an Prelatus loci, in quo iuritus est contractus; an Prelatus iurantis; aut eius, cui iuratum est, possit hanc relaxationem concedere? Breueri respondet. Primum: si relaxatio petatur pro foro externo, index Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, potest relaxationem concedere. Quia ratione contractus locutus contrahentes eo in loco forum, est fin. de firo competens, & index contractus, sic Sanchez dicto cap. 3. 1. num. 2. cum Felino cap. finali de firo competens, num. 24. Quod si pro conscientia relaxatio petatur relaxatio, iudicis loci in quo contractus est celebratus nihil potest. Quia in illo foro non contractus; sed dominicum iurisdictionem praestat, Sanchez, loco citato.

Secundo respondeo: solum Prelatus iurantis potest concedere relaxationem Iuramenti pro conscientia foro, vel ad effectum agendi. Quia hæc relaxatio est dispensatio nomine ipsius Dei. Debet ergo dispensans superior esse eius, qui cum dispensat, & eius obligationem remittit: cum in illo iurisdictionem exercitat.

3. At si relaxatio non pro conscientia foro tantum, nec ad effectum agendi, sed absolute concedatur, ad relinendum contractum, & eximendum iuramentum ab omnino obligatione, solum index, qui reum iurare potest, poterit relaxatio. Quia ad hanc relaxationem citatio partis necessaria est ut diximus. Vnde Episcopus iurantis Iuramentum relaxare potest omnino, si pars, cui est facienda citatio, est eius subditus, aut sit in eius territorio, fecit vero si absens sit. Quia extra territorium nequit fieri citatio, nisi de confusa superioris illius loci, legi extra terminum if de iurisdictionis ematum, indic. Feinus & Sanchez, supra.

4. Si vero loquuntur de superiori seculari nullus est, qui possit relaxationem propriam concedere. Quia hæc concessio est actus spiritualis iurisdictionis, cuius facultatis est incapax. Et enim directe vineculi Iuramenti remissio nomine Dei. Sic notauit Suarez lib. 2. de Iuramento cap. 41. num. 16. circa medium. Sanchez lib. 3. cap. 22. num. 15. At ista relaxationem propriam concedere non possit, potest ramen nomine pars obligationem remittere. Si enim secularis Princeps potest cogere subditum, ut Iuramenti obligationem remittat, & ipse non solente subdito remittere potest. Quia superior supplet potest concessionem, quem subditus teneat praestare. Quia ratione, si superior vendat ruam domum ad locum unde uis conditoribus, tenuis de euclitione, ac si implere venditum, lib. 1. cap. 4. Molina tom. 1. de iustitia diff. 129. vers. dixi deinde Enaquel S. a verbo Iuramentum, num. 29. Sanchez, lib. 3. num. 1. Ep. 15.

5. Ut autem superior Laicus subditum compleat ad Iuramenti remissionem, vel ipse nomine subditum remittat, debet prius probare in illo Iuramento ex parte recipiens iurisdictionem interuenisse, & rem per Iuramentum promissam ad iudicium secularium spectare. Si enim dubium sit: an in Iuramento deum turpitudine: vel rei premisa cognitione ad iudicium secularium alioquin non spectat; potest Laica remittere Iuramentum nequaquam potest. Sic Couart. dicto lib. 1. variar. cap. 4. num. 5. Gregorius Lopez legi finali verbo. Que la fizo tit. 11. partita 3. Gutier. Authent. Sacramenta numero 260. Sanchez, lib. 1. de matrimonio diff. 32. num.

DE
LASTO
PALA
TOM
II